



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXXII. Alexander (von Soltwedel), Bürger und Rathsherr zu Lübeck,
wiederholt vor dem Domcapitel, den Dominicanern und den Fraciscanern
zu Lübeck unter Berufung auf päpstliche Entscheidung die ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

LXXII. Alexander (von Soltwedel), Bürger und Rathsherr zu Lübeck, wiederholt vor dem Domcapitel, den Dominicanern und den Franciscanern zu Lübeck unter Berufung auf päpstliche Entscheidung die mündlich von dem Rathe ausgesprochene Protestation gegen die der Freiheit und den Privilegien der Stadt seitens der Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg drohenden Eingriffe, am 17. Mai 1257.

Ego Alexander, Consul et civis Lubicensis, appellationem coram vobis, dominis meis, preposite, decane Lubicensis, vestroque capitulo nec non aliis viris religiosis, nuper, in die videlicet sanctorum Gordiani et Epimachi, a consulibus Lubicensibus pro se ac tota sue civitatis universitate super iniuria, quam sibi sueque libertati ac privilegiis pretextu iniqui grauaminis ex parte illustrium virorum, Johannis et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, sentiunt imminere, viva voce factam, denuo in die Ascensionis domini proximo in scriptis renouo atque coram vobis virisque religiosis fratribus videlicet predicatoribus et minoribus, pro consulibus ac tota universitate civitatis Lubicensis super omni grauamine, quod in predicta causa memorati illustres domini Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgenses, vel per se vel per iudices, si forte obtinuerint, contra nos nostramque libertatem ac privilegia attemptare presumpserint, Apostolicam sedem appello, Anno domini M^o. CC^o. LVII^o. In die Ascensionis domini. In cuius appellationis testimonium presens scriptum sigillo ecclesie vestre fratrumque presencium, tam predicatorum quam minorum, sigillis petimus insigniri.

Aus der Lübecksch. Urkunden-Sammlung I. Nr. CCXXXIV.

LXXIII. Form eines Vertrages zwischen dem Erzbischofe von Magdeburg und dem Bischofe von Halberstadt über die Grafschaft Seehausen und mehrere Schlösser, über die Zurückzahlung des Kaufgeldes an die Markgrafen von Brandenburg und über die Vereinigung beider Geistlichen zu gegenseitigem Beistande, vom 13. Juni 1257.

Ad necessitatem ecclesie Halberstadenfis, Archiepiscopus dabit domino Episcopo halberstadenfi vel absoluet suos fideiussores pro Quatuor milibus marcarum examinati argenti. Insuper dabit capitulo et consilio Quingentas Marcas examinati argenti. Pecuniam vero, quam Marchiones Brandeburgenses domino L. dederunt de Sladem, si eam rehabere uoluerint, dominus Archiepiscopus eam restituet. In predicta uero Comicia prelati, clerici, Ministeriales libertatem, quam hactenus habuerunt, obseruabunt. Nulle eciam municiones in ipsa Comicia de nouo edificabuntur, nisi ut nunc sunt. Dominus Archiepiscopus dimittet domino Halberstadenfi et ecclesie sue Iudicium, quod Golschap vulgariter uocatur, cum omni iure in hiis uillis, quarum nomina sunt hec Oteneue, Bekendorp, magna Hornhusen, Emerigge, Antiquam willam (sic) Oschersleue, Wagerfleue, Andefleue, Brandefleue, Nendorp, Hamerfleue. Si uero do-